



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

286. Sabbato. Quomodo B. Virgo in his virtutibus excelluerit

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

**JOB Sabbato Domin. 16. post Pentecost.**

Non labia diducta, aut nimis compressa. 5. Vestes mundæ, & decenter compositæ. 6. Manus decenter quieræ. 7. Incessus nec nimis lentus nec nimis festinus. 8. Ioci sint rari, personæ, & statui congruentes, præterea & ludi. 9. Vestes nō nimis delicatæ, nec mundæ, neq; ex adverso sordidæ. 10. Supellex, habitaculum, & reliqua neminem scandalizēt.

MEDITATIO CCLXXXVI.

**Sabbato. Domin. 16. post Pentecost.**

*Quomodo B. Virgo in his virtutibus excelluerit,*

**V**idebo D. Virginem velut hortum Regium refertum floribus amœnissimis, fructibusque dulcissimis, Liberalitatis, Longanimitatis, Macerationis, Magnanimitatis, Mansuetudinis, Modestiae. Petam ei magis conformari.

*Cons. 1. B. Virginis Liberalitatem, quæ à Richard. lib. de laud. B. Virg. cap. 3. dicitur. Pincerna gratiarum, sicut nec maris profunditas, sic nec MARIÆ Liberalitas potest exhauriri, indefessa enim, & sufficienter dat gratiam universis, quam facillimè inveniunt apud Deum, nisi per eos steterit. Ita ille. Longanimitatem, quæ eam appellat S. Cyrill. Alex. Homil. Ephes. habita in Nestor. Lampadem inextinguibilem. Macerationem in peregrinatione.*

*Dominica 17. post Pentecost. 507*

nationibus, & tempore Passionis Domini. Magnanimitatem, de qua ait Epiphanius Orat. de laud Deip. *Ovis immaculata, qua peperit agnum Christum.* Modestiam, in collocatione Angeli, & tota vita exercitam.

*Conf. 2.* Quam ego scateam vitijis oppositis; dolebo infelicitatem meam, & propolitis hebdomadæ renovatis supplicabo pro gratia speciali ad B. Virginem.

MEDITATIO CCLXXXVII.

*Dominica 17. post Pentecosten.*

*De dilectione Dei, & ejus qualitatibus.*

**A**spiciam Dominum IESVM ferentem manibus suis legem igneam mandatum magnum dilectionis, volentemque hoc igne omnes homines accendere. Petam incendium dilectionis in me redundare.

*Conf. 1.* Charitas est virtus à Deo infusa animæ, quâ homo diligit Deum propter se, & proximum propter Deum.

*Conf. 2.* incitamenta ad eam. 1. Hoc est mandatum primum, & ultimum, diligere Deum, quia est, qui est. 2. Sum magis Dei, quam mei. 3. Pars debet magis amare Deum, ideo manus exponit se periculo, ut tueatur caput, hominisque vitam. 4. Res, quò magis est mea, magis diligitur: Deus est vita animæ

Y 2 meæ,